Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26478
Copyright: Admont, Benediktinerstift



securus. Quartus modus contemplationis
est quando inspicimus creaturas secundum hoc quod
homo eis uti potest ad explendam carna
lis concupiscentie uoluptatem. et in eis cogi
tamus non naturalis infirmitatis subsidium.
sed libidinis oblectamentum. Hoc oculo eua
lignum uidit. quod pulcrum esset uisu et aduesc
cendum suaue. et tulit de fructu eius et come
dit. Qui hoc modo per cogitacionem exeunt. simi
les sunt coruo qui reuersus non est. quia dum foris
quod male delectat inueniunt. ad archam
conscientie amplius redire nolunt. Reliqua
uero tria contemplacionum genera in exitu colum
be figurata sunt. que cum emissa esset et non
inueniret ubi requiescet pes eius reuersa est
aduesperam portans ramum oliue uirentis
in ore suo. Quomodo ramus oliue portet

Vacua exiuit. sed uacua non re ad arcam.
diuit. quia foris inuenit quod intus non habuit.
Nec tamen foris amauit quod intus detulit.
Ramus uirentis oliue bonum mentis affec
tum demonstrat. quia sepe sancti uiri quanto
magis foris opera diuina aspiciunt. tan
to magis intus in amore conditoris sui ui